

recurrat. Bockwoldius domi est. Cogitat tamen in Aulam Administratoris Magdeburg. Bene vale. Ornatiss. & amicissime Domine Compater, Deus tua consilia & studia prosperare dignetur, Amen. 9. Julii 1581.

T. Gryneus.

P.S. Pro dolii tui, cuius pondus centenario constat, Aurigæ dabis 28. batziones. Pro Arca D. Zerotinii, vecturæ pretium socer nostri D. J. Lucæ Iselii exsolvit. Id te scire volebam. pretium librorum, quod nondum quantum sit, rescivi, brevi significabo. Iterum vale.

T. J. Gryneus.

---

## EPISTOLA VI.

**S**Ornatissime & amicissime D. Compa-  
ter, Jam jam digredior ab Euseb. Epis-  
copio, (a) qui libros Wefembecianos, quos  
postulas, ad Claudio Bibliopolam perferrî  
curabit. Is una cum cæteris dolio includet,  
& Genevam rogatu meo mittet. Velle  
ocyssime id fieri potuisse, verum nisi quæ  
impe-

---

(a) ni fallor Nicolai Episcopii, Frobenii generis, typographi Basil. filius est.